



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Manuale Parochorum, Sive Institutiones & Praxes Tum Vitæ, tum Officii Pastoralis

Musart, Charles

Monachii, 1654

II. Quâ ratione seipsum excolere debeat.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41616

NVM: II.

Quibus rebus in se ipsis pietatem excolere debeant.

Multa circa Religionis munia præscribenda essent, quæ paucis complectar: ne longius excurram. Primùm tu te ipsum ad pietatem exerce, manè sub auroram, priusquam te cura gregis, & negotia auocent, tecum, & cum Deo age, & ad consuetas precatiunculas meditatiuncularum Diuinarum paucillum temporis tribue: compendium istud diei erit, non dispendium: materiam meditando in dies singulos abundè suppeditabit summarium meditationum. Ludouici de Ponte, aut Busæi conscriptus de eo argumento libellus.

Vesperis ad reliquas preces concede aliquid examini conscientia, & diei exactæ ratione accuratè à te exige, præsertim circa defectus in curâ pastoralis commissos, & ex certâ formulâ

mulâ actum amoris Dei super omnia,
& perfectæ contritionis elice: iuuat
id plurimum contra repentinos no-
ctium & mortium casus.

Nocturnum, diurnumq; Officium,
quia quotidianum pensum est, & offi-
cium tuum, exactè persolue: multum
in eo recitando peccatur, si nimis
properanter, si detruncando, vel men-
te alienâ, si indecenti corporis situ,
aut loco, aut tempore: si non inte-
grè: quo in genere maximè cau-
endum, ne ex culpâ partem notabilem
negligas: periculum autem maius
est, cum itinera longiora suscipiuntur,
dum conuiuuiis indulgetur, dum nego-
tia, quæ temporis multum decerpunt,
actitantur: ideo Parochis occupatio-
ribus consultius erit, si impedimenta
præuideant (& ferè inopinatò pluri-
ma accidunt) vt, quod licet, vel pri-
die ad vesperum, matutinum & lau-
des recitent, vel sequenti die maturè
ante omnia maiorem Officii Diuini
par-

par-

partem, aut totum exsoluant, si postea se impediendos aduertant. Sacram Confessione non dico labes, quod magis necessarium est, sed etiam labeculas, quod consilii est, saepe expia, quò purior sacrifices. Sacerdotes Mo- saici sacra tractaturi, quotidie laua- bant: quam in rem prostabat vas æne- um ex mulierum speculis: ut curiosè vel minimas labeculas inspicerent, eluerentque: quàm æquius est te face- re, qui diuiniora tractas? Audi Augustinum in Psal: 99. *Semper consi- tere, quia semper habes, quod confitearis: difficile enim est in hac vitâ, ut sic homo mundetur, ut nihil inueniatur in eo, quod reprehendatur.* Vide pro exemplo Ele- phantem:

*Quotidie surgens viuo se perluit amne.
Ut solis radios orientis purus adoret.*

N V M: III.

Ministeria sacra ritè peragenda.

Nunc